ALBERICI GENTILIS IVRISCONSVLTI PROFESSORIS REGII,

Diſputationes tres:

I, De libris Iuris Canonici.
II, De libris Iuris Ciuilis.
III, De Latinitate veteris Bibliorum verſionis male accuſata.

AD ROBERTVM FILIVM.

Nunc primum edita.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCV.

CLARISS. ET REVERENDO V. THOMÆ SINgletono S. Theol. doct. & Æneïnasẽſis collegii principali digniſſ. Robertus Gentilis S.

NVlli magis poſt collegiũ meum S. Iohãnis debeo magis, reuerẽde vir, quàm Collegio tuo, ac tibi. Nullibi enim amicos antiquiores, amantiores, certiores habeo. Quam ob rem verò? ob meritũ vllũ meum? Haud equidem tali me dignor honore. Sed illorum humanitas fuit, tua bonitas ſpectata, patriq; meo ꝑ annos plurimos bonitas, quæ me vobis conciliarunt, & adiunxerunt. O ego ſi poſſem oratione ſaltem exprimere, quantum putem, debere me tibi, clariſſime præſes, & vobis omnibus, ornatiſſimi iuuenes! Date veniam faciles debitori veſtro, ſi nec poſſum teſtari verbis de mea obligatione vobiſcum: quæ quidem ſummæ eſt maioris, quàm vt tenuiſſimo hoc, quod ad vos fero, munuſculo valeat, non dico,

ALBERICI GENTILIS I.C. Profeſſoris Regii,

De libris Iuris Canonici

DISPVTATIO.

De numero, & ordine librorum. Cap. I.

LIbros iuris canonici diuidimus in Decretum, & in Decretales. Et Decretum dicimus, quod habetur vulgo nunc Gratiani: non aliud ſimile opus alterius cuiuſquam vetuſtioris: qui nec vnus fuit collector aut canonum, aut regularum. quod in hiſtoria iſtius iuris tibi expoſui. [a] Præceſſit verò hoc Gratiani opus omnem collectionẽ Decretalium. vt de eadem quoque hiſtoria audiuiſti. [b] Illud autem perpulchrè Antonius Auguſtinus in notis ad primam collectionem Decretalium, quod Bernardus Papienſis, qui eam collectionem confecit, ra-

[a] *Cuiac. c. vlt. de ſen. & re. iud.*

[b] *Aug. c. 9. de elect.*

ALBERICI
GENTILIS
I.C. Profeſſoris Regii
De
Libris Iuris Ciuilis
DISPVTATIO.
AD ROBERTVM FILIVM.

Nunc primum in lucem edita.

HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium.
MDCV.

CLARISS. ET REV[do] V. NICOLAO BONDO, S. T. Doctori, & ampliſſimi Collegii Magdalenæ Præſidi digniſſimo,

ROBERTVS GENTILIS S.P.

VTINAM *tantæ* (*Præſes reuerende*) *meæ eſſent hodie vires, vt pro dignitate officii erga me tui, & Collegii* Magdalenæ *tui, poſſem vobis referre gratias pares: vtinam poſſem dignas agere; vtinã, quas concipio hac animula, dicere poſſem. Sed deſtituor vbiq;, & nullus ſum. Accepi à patre, ſtudioſiſſimo tui, amantiſſimo Collegii tui, vides, ecce Diſputationem quandam, quam habuit mihi* De libris iuris ciuilis. *Illam ego affero tibi, dono, dico. quæ teſtimonium ſit nonnullum obſeruantiæ meæ erga te, & tuos,* Bough-

ALBERICI GENTILIS I. C. Profeſſoris Regii De Libris Iuris Ciuilis DISPVTATIO.

De numero, & ordine librorum.

CAPVT I.

AVDISTI, Roberte fili, hiſtoriam veteris iuris: & quomodo illud Iuſtinianus Imperator contraxit in libros pauciores, ſed & aliis auxerit nonnullis. De quibus nunc explicãdum eſt omnibus, & quidem diligentiùs, quàm factum eſt de prioribus, qui præ Iuſtinianicis iſtis veriùs dicentur antiquæ fabulæ, non poſiti in argumentis rerum, ab auctoritate iuris ſepoſiti. Iuſtinianicos autem nominaui tibi Digeſtorum libros

ALBERICI GENTILIS IVRISCONSVLTI PROFESSORIS REGII,

De Latinitate veteris Bibliorum verſionis male accuſata,

Diſputatio.

AD ROBERTVM FILIVM.

HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCVI.

Clariſſ. & Reu^do V.

IOHANNI HOVSONO, S.T. DOCTORI

Robertus Gentilis S.P.

CVM deberem tibi plurimum, & tecum ab infantia vſq; mea verſatus ſim, non habui tamen, quod offerrem vnquam de meo, & quo obſeruantiam teſtari (quod magnopere deſideraui) meam erga te poſſem. Ceterum nec potui expectare diutius, dum mihi aliqua eſſet facultas eiuſmodi edendi teſtimonii voluntatis meæ: at ecce à patre cepi Diſputationem hanc, quam ille ſelegit; ego autem dedico tibi. Amas, inquit pater, veterem verſionem Latinam, & in Anglica verſione cum aliis nunc iuſſu regis verſaris, conficienda. Et diſputatio

Alberici

GENTILIS I.C.

PROFESSORIS

regii,

De Latinitate veteris Bibliorum verſionis male accuſata.

DISPVTATIO.

Ad Robertum F.

POLLICITVS aliquãdo ſum tibi diſputationem de Latinitate Vet. verſionis Bibliorũ: dum diceres tu mihi, accuſari illã à Beza magno nõ ſemel barbariei. Reſpondebam verò tum, & eſſe in verſione plura, quæ ab aliis pariter irridentur, Sed &, defendi poſſe verſionem, adfirmabam. Et adfirmationem iſtam ecce (nunc pollicitationem præſto) adfirma tibi, verſionem tueor. Neque tamen, Roberte,